

Exemplo Jobi 29,  
v. 15. &c.

2. Benefaciendo etiam  
hostibus ; ex ipsius  
Christi mandato.

Matth. 5, 45.

3. Tandem crucem, quomodocunque  
eam Deus & Pater noster impe-  
suerit, moderatè feramus.

Persuasi enim sumus ex Dei ver-  
bo ; dilectos filios castigati.  
Heb. 12, 7.

Hæc si fecerimus : tum omnipotentia Dei,  
quæ impiis & peccatorib. est terribilis,  
nobis erit solatio.

Hac enim ad salutem per fidem custodie-  
mur. 1. Pet. 1, 5.

Id faxit cunctipotens & benivolus  
noster Deus & Pater Domi-  
ni nostri Jesu Christi, cui ho-  
nor &c.

---

DOMINICA XI.

Ex Quæst. 27. & 28.

ASYLUM NOSTRUM DEI PA-  
tris providentia semper.

TEXTUS Matth. 10, 28.

Vers. 28. Ne timete vobis ab iis qui trucidant  
corpus, animam autem non possunt truci-  
dare : sed timete potius eum qui potest